UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum nocturna pollutio sit peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

oſculis autem & amplexibus inter eos ad beneuolentiæ & familiaritatis ſigna, non loquor, quia licita proculdubio ſunt, excuſaturque ſponſa credens ſponſum beneuolentię cauſa ea facere, quę honeſtas morum admittit fieri pro beneuolentia. Secus autem de tactibus impudicis, quos non oportet exprimere. Habes quoque ex his quod tactus qui in choreis leuitatis cauſa fiunt, ut cum iuuenis digitos mulieris non ſuæ intorquet, huiuſmodi, cũ non delectationis illius, quæ ex tactu eſt (quam diximus ex libidine appeti) cauſa, fiant, non ſunt peccata mortalia.

¶ Circa huiuſmodi tactus dubium occurrit, An mulier ſe ſciens tangi ab alio mala intentione. & non conſentiens, peccet non retrahendo ſe. cum non poteſt ſine ſcandalo ſe retrahere, & eſt ratio dubii, quia hinc apparet, quòd peccet mortaliter, tenendo corpus ſuum in contractu quem ſcit libidinoſum & pernicioſum ex parte illius qui eam tangit. Sumptum eſt.n. ad Rom. 1. quod digni ſunt morte nõ ſolum qui faciunt: ſed qui conſentiunt facientibus. Hæc aũt mulier in tali caſu, etſi non conſentit abſolute, conſentit tamen omnibus conſideratis. quia ſcilicet mauult ſe tãgi quam ſe retrahere: & ideo uidetur uoluntarie tangi, ſicut uoluntarium eſt proiicere merces in mare tempore tempeſtatis. In oppoſitũ autem eſt, quia ſicut mulier ſciens ſe uideri ad concupiſcentiam peſſimam ab aliquo, non tenetur inde recedere & ſubtrahere ſe tali aſpectui, ſed ſatis eſt, ꝙ non conſentiat ita ſi in uita tãgatur, ſatis ẽ ꝙ non conſentiat: & cum commode poteſt, ſe ſubtrahat.

¶ Ad huius dubij euidentiam diſtinguendum eſt, quod tactus humani ſũt ĩ duplici differentia, quidem ſunt tamquàm ex ſuo genere uenerei, ut tactus pudendorum, oſcula furtiua, & ſi quid eſt eiuſmodi: quidam ſunt non ſolum ex ſuo genere non uenerei, ſed licitũ coram omnibus, ut tactus manus, oſcula obuiantis, ſm patriæ morem, confeſsio conſanguineorum, & huiuſmodi. Inter quos hæc eſt differentia, quando utrique fiunt ex libidine ab altero tantũ, quòd primi tactus deformitatem ſuam in exteriori actu manifeſtam deferunt, ac per hoc tamquàm mali ex ſuo genere cẽſent. Secundi autem tactus nullam in actu exteriori deformitatẽ oſtẽdunt, ſed ſolũ ſciens hæc fieri ex libidinoſa intentione nouit deformitatem eorum, & ideo tamquàm non mali ex genere cẽſentur. Ex hac autem differentia oritur, ꝙ mulier primos tactus nullo pacto ſuſtinere debet, quantumcunque ſecreto fiant, aliis non diſcernẽtibus, ſicut nec ſuſtinere debet ꝙ ille in aliqua corporis parte, etiam ſic ſecreto, abutatur ea, ſed debet omnino ſe ſubtrahere & ſi aliud non poſſet, cum Suſanna clamare. Vnde ſcriptum eſt, quod uirgo in ciuitate oppreſſa, rea eſt mortis, quia non clamauit, cum poſſet ſe clamore tueri. Nihil.n. aliud eſſet non ſubtrahere ſe ab iſtis actibus exterius impudicis, quam malle illos, quam recedere, ſeu clamare quod conſtat eſſe mortale peccatum & uoluntarium ſicut proiectio mercis in mare. Secundos autẽ actus non tenetur mulier de neceſſitate euitare, qm̃ ſuſtinendo actus exteriores, nihil mali ſuſtinet. & conſentiendo actib⁹ exteriorib⁹ nulli malo conſentit: ſed conſentit operi bono vel non malo, quod ille libidinoſus ex mala intentione ordinat ad malũ. Verbi gratia Reuertitur conſobrinus mulieris, & de more oſculatus eſt eã. Licet illa ſciat qđ iſte ex libidine oſculabitur eam, non tenetur tñ aduenientẽ repellere corã alii ab oſculo licito, nec conſentiendo tali oſculo libidini illius, qui ex mala intentione illud facit, ſe ſociat, ſed bono mori, q ille abutitͬ in corde ſuo, & unde accipit ſcandali occaſionem non ſibi datã. Et ex hac rõne excuſatur mulier quæ nõ omittit itinera, aut opera ſua: in loco ubi ſcit ſe uideri ad cõcupiſcentiã. Conſentiẽdo ſi quidem, ꝙ uideatur, ex hoc ꝙ tranſit per loca, in quibus ſic uꝛ nulli malo conſentit, ſed alii uidendo apponunt libidinem ſuam uiſioni quæ licita de ſe eſt & communis. Et per hęc patet reſponſio ad quęſitum, & obiecta.

Li. 12.c.15. in medio, tomo 3.

D.ꝑy.

1.p.q.84.ar.8.

lectationem huiuſmodi fiant, cõſequẽs eſt quod ſint peccata mortalia, & ſic ſolum dicuntur libidinoſe. Vnde huiuſmodi ſecundũ quod libidinoſa ſunt, ſunt peccata mortalia.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ Apoſt. ideo non reſumit illa tria, quia non habent nomen peccati niſi ſecundum quod ordinantur ad præcedentia.

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ oſcula & tactus, quamuis ſecundum ſe non impediant bonum prolis humanæ, procedunt tamẽ ex libidine, quæ eſt radix huiuſmodi impedimenti: & ex hoc habent rationem peccati mortalis.

Ad tertivm Dicendum, ꝙ ratio illa concludit, quòd huiuſmodi non ſunt peccata ſecundũ ſuam ſpeciem.

Articvlvs V.

Vtrum pollutio nocturna ſit peccatum.

AD qvintvm ſic proceditur. Videtur, quod nocturna pollutio ſit peccatum. Meritũ enim, & demeritum habent fieri circa idem: ſed dormiens poteſt mereri, ſicut patet de Salomone, qui dormiens a Domino donum ſapientiæ impetrauit, ut dicitur 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. ergo in dormiendo. poteſt aliquis demereri. & ita uidetur quòd nocturna pollutio ſit peccatum.

¶ 2 Præt. Quicunque hñt uſũ rõnis põt peccare, ſed in dormiẽdo aliquis hẽt uſũ rõnis quia frequẽter aliquis in ſomnis rõcinatur, & pręeligit unum alteri, conſentiens, uel diſſentiens. ergo in dormiendo põt aliquis peccare. Et ita pp ſomnium nocturna pollutio non impeditur quin ſit peccatũ, cum ex genere actus ſit peccatũ.

¶ 3 Præt. Fruſtra increpatur, & inſtruitur qui non põt uti, vel agere ſecundum rationem, uel cõtra rationem: ſed homo in ſomnis inſtruitur a Deo & increpatur, ſecundum illud Iob 33. Per ſomnium in uiſione nocturna quando ſopor ſolet occupare homines, tunc aperit aureos uirorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. ergo in ſomnis poteſt aliquis agere ſecundum rationem, uel contra rationem: quod eſt bene

B agere uel peccate. Et ſic uidetur ꝙ nocturna pollutio ſit peccatum.

Sed contra eſt, quod Aug. * dicit 12. ſuper Gene. ad literam, Ipſa phantaſia, quę fit in cogitatione ſermocinantis, cum expreſſa fuerit in uiſione ſomniantis, ut inter illam & ueram coniunctionem corporum non diſcernatur, continue mouetur caro, & ſequitur quod eum motum ſequi ſolet, cum hoc tã ſine peccato fiat, quàm ſine peccato a uigilantibus dicitur, quod ut diceret ſine dubio cogitatum eſt.

C Respon. Dicẽdum, quòd nocturna pollutio dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ſecundum ſe, & hoc modo non habet rationem peccati. Omne enim peccatum dependet ex iudicio rationis, [d] quia etiam primus mõtus ſenſualitatis non habet quod ſit peccatum, niſi inquantum iudicio rationis reprimi poteſt; & ideo ſublato iudicio rationis tollitur ratio peccati. In dormiendo autem ratio non habet liberum

D iudicium. Nullus enim eſt dormiens, qui non intendat aliquibus ſimilitudinibus phantaſmatum uelut rebus ipſis, ut patet * ex his quę in primo dicta ſuut. Et ideo id quod agit homo dormiẽs, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam, ſicut nec illud, quod agit furioſus, aut amens. Alio modo poteſt conſiderari nocturna pollutio per comparationem ad ſuam

E cauſam, quæ poteſt eſſe triplex. Vna quidem corporalis. Cùm

¶ *Super quæſtionis centeſimæquinquageſimæquartæ articulum quintum.*

IN arti. 5. eiuſdem q. 154 aduerte titulum, quòd nomine nocturnæ pollutiõis ĩtelligit author pollutionẽ ĩ ſomno, quàm appellauit nocturnam, quia ſomnus cõmuniter ſit nocte.

¶ Circa concluſionem principalem. ſ. Pollutio nocturna nũquã eſt peccatũ, ſed quandoque eſt ſequela peccati præcedentis, dubium occurrit, quo ad primam eius partem, tum quia dormiẽs ideo, ut uel ex ſomno, aut ſomnio, aut ſitu tali dormienti ſequatur pollutio, non ſolum peccat antequam dormiat: ſed in ipſa ſubſequente pollutione, cũ pollutio illa ſit uoluntaria, & procurata mediante ſomno: tum quia pollutio nocturna affectata in vigilia, eſt peccatum, & non ſolum ſequela peccati. Probatur, quia eſt uoluntaria in ſua cauſa, ita quòd poteſt & debet homo cauſam hmõi prohibere. Niſi.n. hmõi uoluntaria ſint peccata, perit doctrina de uoluntario indirecte, quod imputatur agenti.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum dicitur in ſomno non poſſe hominem peccare, intelligitur per ſe, quia. ſ. homo in ſomno non eſt dominus

dominus ſuorum actuum,ſed per accidens,ſi.ſ.homo non utitur ſomno ut ſomno,hoc eſt,ut uinculo naturali liberi arbitrii,ſed ut inſtrumento liberæ malitiæ ad executionem mali poteſt homo in ſomno peccare mortaliter,non imperatiue,ſed executiuè , ita quod exequatur per ſomnum ut inſtrumentum , executionem ſui ſceleris. & ſic perſona , quæ ideo obdormiuit ut polluatur, uel ex ipſo ſomno,uel ſitu dormientis,uel ab alio,peccat mortaliter , ita quod peccatum inchoat elicitiue, & imperatiue in uigilia , & conſumatur per inſtrumétum ſomni executiue in ipſa pollutione. Nec obſtat quod non eſt in poteſtate ſua , ex quo dormit , inhibere pollutioné, ſicut non obſtat peccato homicidii per longum iactum bombardę , quod ex quo emiſſa eſt, non eſt in poteſtate eius qui emiſit, inhibere homicidium. Sat eſt enim quod in principio fuerit uoluntarie imperata, & applicata ſint inſtrumenta executiua , & per hoc patet reſpóſio ad dubium , & utrumque argumentum. Nam uerum eſt ſimpliciter & abſolute , per ſe loquendo , quod pollutio in ſomno non eſt peccatum , ſed ſequela quandoque peccati. Cum quo tamen ſtat,quod per accidens ſiquis utatur ſomno,ut inſtrumento ad peccandum,pollutio eſt peccatum,eo modo,quo actus exterior in executione eſt peccatum quod primum ingerebat argumentum. Et quia pollutio nocturna,quę in vigilia fuit affectata ſolum, non habet ſomnum pro inſtrumento, ac per hoc ipſa non eſt executio imperii,ſed ſolum obiectum affectus cum euentu in rerum natura , ideo talis pollutio relinquitur in ordine pollutionum nocturnarum per ſe , quas in litera docemur non eſſe peccata , ſed ſequelas pręcedentium peccatorum,quando accidit,ut in propoſito huius ſecundi argumenti . Et ad probationem in oppoſitum , negatur quòd iſta pollutio ſit uoluntaria in ſua cauſa , quoniam deſiderium non eſt cauſa rei deſideratæ , ac per hoc pollutio affectata non eſt , proprie loquendo , uoluntaria , ſed volita . Voluntarium enim ſignificat quod eſt a uoluntate, uolitum autem obiectum eius. & ſi inſtetur, quia huiuſmodi affectio præſumitur , & quandoque eſt cauſa ſequentis pollutionis nocturnę , reſpondetur quòd huiuſmodi affectus contingit dupliciter . Primo , ut commotiuus corporis ad pollutionem : & ſic habet rationem cauſæ . Alio modo ab-

lib.1,ca.ul.a medio,to.5.

li.12.c.15.ad finem tom.3

F ſolute, ut deſiderium tantum , & hoc qui[...] a ratione cauſę.Primo autem modo habet[...] perfecte.ſ.diſpoſitiue,& per accidens,pro [...] inſtrumentum re[...]um in ſomno ad pol[...] & ideo relinquit nocturnam pollutionem [...]

dat in corpore , vel cum facta eſt humoris abſolutio,uel per nimiã calefactionem corporis , uel per quãcunq; aliam commotionem ſomniat dormiens ea , quæ pertinẽt ad expulſionem huiuſmodi humoris abundãtis,uel reſoluti : ſicut etiam contingit qñ natura grauatur ex aliqua alia ſuperfluitate,ita quod qñq; formãtur in imaginatione phantaſmata pertinentia ad emiſſionem talium ſuperfluitatum. Si igitur ſuperabundantia talis humoris ſit ex cauſa culpabili,puta , cum ex ſuperfluitate cibi vel potus,tunc nocturna pollutio hẽt rõnem culpę ex ſua cauſa.Si ãt ſuperabundãtia,uel reſolutio talis humoris nõ ſit ex aliqua cã culpabili,tunc nocturna pollutio nõ eſt culpabilis nec in ſe,nec in ſua cã.Alia uero cauſa nocturnæ pollutionis poteſt eſſe animalis interior,puta , cum ex cogitatione pręcedenti contingit aliquẽ dormientem pollui.Cogitatio autem quę in uigilia præceſſit, quãdoq; eſt pure ſpeculatiua,puta,cũ aliquis cã diſputationis cogitat de peccatis carnalibus,quandoq; aũt eſt cum aliqua affectione uel concupiſcentiæ,vel horroris. Cõtingit aũt magis pollutio nocturna ex cogitatione carnaliũ uitiorũ,q̃ ſunt cũ concupiſcentia taliũ delectationum, quia ex hoc remanet quoddam ueſtigium & inclinatio in aĩa: ita ꝙ dormiens facilius inducitur in ſua imaginatione ad aſſentiendum actibus, ex quibus ſequitur pollutio.Et ſecundũ hoc Phil.dicit * in 1.Eth.quod in quantum paulatim pertranſeunt quidam motus a vigilantibus ad dormiẽtes, meliora ſunt phantaſmata ſtudioſorum quam quorũlibet. Et Aug.* dicit 12.ſuper Gen. ad literam,quod propter bonam aĩæ affectionem, q̃dam eius merita ẽt in ſomnis clarent,& ſic patet quod nocturna pollutio habet rõnem culpæ ex parte ſuę cauſę. Qñque tamẽn contingit quod ex p̃cedenti cogitatione carnalium actuum,etiam ſpeculatiua,vel ſi ſit cum horrore,ſequitur in ſomnis pollutio,& tunc non habet rationem culpæ,nec in ſe,nec in ſua cã. Tertia uerò cã eſt ſpiritualis extrinſeca,puta,cum ex operatione dæmonis commouẽtur phantaſmata dormientis in ordine ad talem effectum , & hoc quidẽ quãdoq; eſt cum pctõ p̃cedenti.ſ.negligentia præparandi ſe cõtra dæmonis illuſiones. Vnde & in ſeno cantat Hoſtẽq; noſtrũ cõprime,ne polluantur corpora.Qñq; uero eſt abſque oĩ culpa hoĩs ex ſola nequitia demonis.Sicut in collationib. patrum legitur * de quodam,qui ſemp in dieb. feſtiuis pollutionẽ nocturnã patiebatur,hoc diabolo procurante , ut impediretur a ſacra cõmuniõe. Sic igiẽ patet ꝙ nocturna pollutio nũq̃ eſt peccatũ, ſed qñq.eſt ſeq̃la peccati p̃cedẽtis.

G

H

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Salomõ nõ meruit in dormiẽdo ſapientiã a Deo , ſed fuit ſignũ p̃cedentis deſiderii,pp quod dr̃ talis petitio Deo placuiſſe, ut Aug. dicit 12.* ſuper Gen.ad literam.

Ad secundum dicendum,ꝙ ſm quod uires ſenſitiuæ interiores magis uel minus opprimunt a ſomno pp uaporis turbulentiã, uel puritatem , ſecundũ hoc uſus rõnis magis uel minus impedit in dormiẽdo.Semp tñ q̃tũ ad aliqd ĩpedit,ut nõ poſſit oĩno liberũ iudiciũ hẽre,ut ĩ i.par.dictũ* ẽ.& iõ nõ ĩputat ei ad culpã qđ tũc agit.

I

Ad III. dicendũ,quod apphẽſio rõnis nõ ita ĩpedit a sõno ſicut eius iudiciũ qđ pficitur p conuerſionem ad ſenſibilia,q̃ ſunt prima principia cogitationis humanæ. Et iõ nihil phibet hoĩem ſm rõnẽ apprehẽdere aliqd de nouo in dormiẽdo,uel ex ipſis reliqis pręcedẽtiũ cogitationũ & phãtaſmatib. oblatis , uel ẽt ex reuelatione diuina aut immiſſione angeli boni,uel mali.

K

Articlvvs VI.

Vtrum ſtuprum debeat poni una ſpecies luxuriæ.

AD sextvm ſic proceditur. Vĩ quod ſtuprum non de-[...]

uero non omnino impeditur,quia & recipere [...] inſpicere in phantaſmatibus intellectus [...] mientibus .

Super quæſtionis centeſimæquinquageſimæ[...] articulum ſextum.

IN artic.6.eiuſdem q.154.dubium multiplex [...] ciem ſtupri. Primum eſt,quia differentia [...] re locum in puella ſpontanea deuolutae [...]